

Pügaviensis nostræ Curia Cancellarii & Rectoris, præcipue nobis synceriter & intime dilecti, ipsius benefidelitatibus & meritis exigentibus favorabiliter inclinati, Ecclesiam parochialem in oppido seu Civitate nostra BORNIS, & Jus patronatus ejusdem: quod quidem ad nos de antiquis approbatis & retro actis temporibus pacifice observatis Jure & Consuetudine, ex devolutione hæreditaria hæcenus pertinuit, cum suis Capellis & Altaribus, nec non & Locis omnibus cultis & incultis, quibuscunque censentur nominibus, ac etiam Juris & Jurisdictionibus universis ad eandem Ecclesiam pertinentibus, eidemque Dno. Abbati & cuilibet Successorum suorum, suo Conventui nunc existenti & in futuro sequaci Monasterio ipsius ibidem Pügaviæ patronatu ejusdem prædictæ Virginis Mariæ, Sanctique Jacobi Apostoli gaudentes, donavimus, tradidimus, anneximus, unimus, appropriamus, & quantumcunque nostra interest, incorporamus, & præsentibus donamus, tradimus, annectimus, unimus, appropriamus & incorporamus, canonice legitime, & in toto perpetuis temporibus, impedimentis abs quibuslibet litteræ possidet. Resignantes nihilominus eisdem præsentibus, manu & ore & calamo, ac resignatione Legitima ipsum Jus patronatus dictæ Ecclesiæ cum omnibus bonis & Juribus, quibus supra ac etiam eidem Jus in dictum Dominum Abbatem, quemlibet Successorum suorum, ipsius Conventus sequaces, dictumque Monasterium suum in Pügavia, sicut retractim fluxu temporis possidemus, hoc simpliciter transferentes.

Ipsos